



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Editha V. 16. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

578 VITÆ SANCTORUM. 16. Sept.
ingressi sunt. Sed & Aichardus tunc se-
cutus est. Cur enim à triumpho Dux ex-
cluderetur? Ex Gratio.

Deputat Deus Virtutes Angelicas hu-
mana custodiae, & infelix homo reliqua pu-
ritate virtutum, squaloribus se polluit vi-
torum: & Angelus fœtorem, ac inhoni-
stam purulentiam nauseam invitus tolerat,
et si cœlestis imperii lege constrictus obe-
dientiam non emitat. S. Pet. Dam. l. i.
sp. 15.

S. EDITHA V. 16. Septembri.

FErax olim Divorum tellus Anglia,
quām cheu! degenerasti. sponte tua
ferebat fructus olim, quos jam non ni-
si gladiis sulcata, & sanguine rigata do-
nas. Illos inter EDITHA numeratur
Edgari Regis filia & Christi sponsa, cui
amores suos primis annis dœvovit, para-
nymphos novo more leproios diligens,
quos, quō deformiores aspectu erant,
hoc formosiores & digniores se puta-
bat; ut jam cælo id muneris ambiente,
non dubitaret Angelus pauperem p̄x se
ferre. Porrò in deliciis EDITHA Crux
fuit, quam cùm pingere toties manū
Dunstanus Antistes vidisset, pollicem
prehendens nunquam tabo obnoxium
esse jussit. Id quod postea factum vedit
Anglia, cum à morte (quæ ut suavis es-
set, cantu suo Angeli fecerunt) trigesimo
die

16. Sept. VITÆ SANCTORUM. 579
die matri, tum anno tertio decimo Dun-
stano spectandam se dedit, monuitque
corpusculum tolleret integrum tunc et-
jam, si membra, quibus in molliestate
ad levitatem abusa esset, exciperet. Itum
& inspectum monumentum est, fidem-
que fecerunt præter oculos, pedes & ma-
nus, omnia reliqua à tabo immunia
membra. Sed & in dextrâ pollex à putre-
dine fuit eximius. Quid & quod cum mi-
raculum Canutus Rex rideret, reserato
iterum loco media sepulchro se extulit,
manumque injicere improbo paravit?
Supplicem tamen & in gratiam recepit,
& inter undas postea servavit. Magni
hæc olim Anglia miracula faciebat, plu-
ris ego Angliam, si in vitam nobis ED I-
T H A S revocaret. Ex Gras.

A tuâ dignitate nimis enormiter & ig-
nominio sé te dejicis, si transitorias & ina-
nes pulchritudines appetis. Mundus prop-
ter te factus est; ideo mundum non ames,
quia Mundus non est te dignus, cùm sis eo
longè dignior. S. Bern. opusc. de Char.
29.

S. L A M B E R T U S E P. M. 17. Sept.

L A M B E R T U M Trajectensi mitrâ or-
natum Theodoricus Rex in exilium
expulit. Ille cum in Monasterium Sta-
bulense se recepisset, tum denique
in patriâ sibi visus est vivere, exilium

CO 2

CIR-